



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Claudio Asterio [et] Nenone martyribus. Cap[itulum]. ci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sancto zacheo episcopo hie
rosolymorum. Cap. xvi



Zacheus epi

scopus quartus a beato iacobo hie rosolymorum ec

clesiam clarissime rerit. Nam ut ait eusebius. iiii. libro cap. v. Hierosolymis epi. xv. fuerunt vsq; ad tempora adriani imperatoris omnes et hebreis christianis assumpti: verum lu

deis a romanis dispersis episcopi et circuncisione eligi ceperunt. Horum autem primus fuit iacobus frater domini: secundus symeon: tertius iustus: quartus zacheus: quintus tobias: sextus beniamin: septimus iohanes: octavus mattheus: nonus philippus: decimus seneca: undecimus leui: duodecimus iustus: decimustertius effrem: decimusquartus ioseph: decimusquintus iudas. Hec eusebius. Beatus vero zacheus in omni sanctitate commissum sibi gregem exemplis ac doctrinis reficiens: quiescit in pace. x. kalendas septembris.

De sancto zacheo episcopo Antiocheno Cap. xvii.



Zacheus epi

scopus antiocheus primus post petrum apostolum constitutus fuit. De quo in itineralio clementis dicitur quod cum petrus in disputatione quam habuit cum simone mago vicerotiam obtinisset: simonque romam a facie petri fugisset.

Petrus post eum pergens: zacheum sibi successorem constituit: et presbyteros ac diaconos ordinans: eisdem populum commendavit: ipsosque de omnibus instruens perfectius profectus abiit: zacheus autem episcopus postquam ecclesiam sibi commissam feliciter gubernasset: plenus sanctitate beato sine quiescit: ibidem sepultus in pace.

De sancto Theona episcopo. Cap. xviii.



Theonas

episcopus alexandrinus venerabilis fuit: omnisque virtute clarus: qui beatum petrum eiusdem urbis episcopum et martyrem enutrivit: cui et idem beatus petrus in episcopatu successit: prout sibi a domino per visum fuerat revelatum. Hic ecclesiam suam ab infestatione arriana tunc vigente viriliter

defensavit: qui et virtutibus laudabilibus preclarus in pace quiescit. x. kalen. septembris. Alexandria quoque tumularius facit.

De sancto Theona abbate. Cap. xix:



Theonas abbas pa

ter fuit trium milium monachorum in heremo scythi: qui ut dicitur sozomenus: fuit sanctissimus litterarum grecarum: latinarum: et egyptiarum: qui triginta annis dicitur minime visus irasci: aut irare: aut mentiri: aut vanum vel asperum vel infirmum protulisse sermonem. Hic abbatem quandam adhuc iuvenem quotidie pammachium furantem et ecclesie manducantem: sermo de continentia facto cooverit ad penitentiam: eoque peccatum suum publice confiteretur velut lapas ignis de sinu eius egressa est: totamque domum ferocem complevit. Hic etiam dicebatur nihil esse tam notium monachis: quam cogitationes suas patribus suis spiritualibus celare. Quiescit in pace in heremo de scythi decimo kalendas septembris. Hec sozomenus in historia tripartita.

De sanctis Donato et Restituto et socijs martyribus. Cap. c.



Donatus et

restitus: valerianus et fructuosa: cum alijs. xii. apud ariochiam passi sunt. Qui per clarissimo confessionis honore per diversa genera tormentorum glorioso martyrio coronati sunt. x. kalen. septembris. Hec Ado in martylogio suo.

De sanctis Claudio Asterio et Nennone martyribus. Cap. ci.



Claudius: asterius:

et nennon apud lyciam in civitate egea martyrium passi sunt. Qui tempore persecutionis ab infidelibus tenti: cum christum dominum confiterentur: post acerba et diversa supplicia cruci affixi sunt. In qua deo spiritum reddiderunt. x. kalen. septembris. Hec Ado.

De sancto Porphyrio martyre. Cap. cii.



Porphyrius marty

passus est tempore iuliani imperatoris sub antiocho prelide in urbe roma. Hic vir dei sanctum martyrem agapitum enutrivit: et ad martyrium sua doctrina animavit. De quo supra dictum est. xv. kalen. septembris: propter quod ab antiocho prelide detentus: post multa sibi illata tormenta emisit spiritum. x. kalen. septembris.